Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Inimicis

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

# De Inimicis.

## FIGVRA CLXLVI.



Habens quatuor lineas vnã rectam in situatione Iouis, vnam vndatam in situatione Veneris, & duas perpendiculares oppoſitas in situatione Mercurij, vt in fig. 196. inimico ferro animam exalabit.

## FIGVRA CLXLVII.



Qui habebit vnam lineam rectam cum paruo ramuſculo ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis, vt in figur. 197. ab inimicis morte patietur,

## FIGVRA CLXLVIII.



Qui habebit duas lineas, vnam rectam in ſituatione Solis, cum ramuſculo, qui ſe intrinſecat cum parte ſiniſtra, & alteram lineam cruciatam in medio ſituationis Lunæ, vt in fig. 198. violentis cædet fatis.

## FIGVRA CLXLIX.



Qui habebit vnam lineam curuatam ex parte dextera in ſituatione Mercurii, vt in fig. 199. ferro lethali tranſuerberabitur.

## FIGVRA CC.



Habens vnam lineam in ſituatione Martis, quæ emictit duos ramuſculos in ſituationem Solis, vt in fig. 200 cadet confeſſus manibus inimicorum.

## FIGVRA CCI.



Qui habebit vnam lineam inſtar S, in medio frontis in ſituatione Mercurij; quæ tangat illam Lunæ, vt in figura 201. ab inimicis mortem expectabit.

FIGVRA CCII.



Habentis vnam lineam tortuoſam in ſituatione Veneris, quæ aſcendat ſupra in ſituationem Solis, vt in fig. 202. inimici mortem cauſantur.

FIGVRA CCIII.



Habens duas lineas intrinſecatas in ſituatione Veneris, quæ aſcendat ſupra in ſituationem Solis, vt in figura 203. aui inimicorum vulnerabitur.

## FIGVRA CCIV.



Habentium vnam lineam ſicut 7, in ſituatione Martis quæ deſcendat vſq; ad ſituationem Veneris, vt in fig. 204. inimici vitalem calorem extinguent.

## FIGVRA CCV.



In vitam viri , vel fœminæ habentis vnam lineam cũ ſemicirculo intrinſecata ex vno ramuſculo ex parte dextera, & ſiniſtra, quæ aſcendat à ſituatione Iouis ad illam Saturni, vt in fig. 205. victores inimici insidias ponent.

## FIGVRA CCVI.



Homo, vel fœmina habens vnam lineam cum ſemicirculo ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis, vt in fig. 206. mulierum cauſa violenter morietur.

## FIGVRA CCVII.



Habentium duas lineas, ideſt vnam tortuoſam in ſituatione Martis, quę aſcendat vſq; ad ſituationem Iouis, & altera recta cum ramuſculo ex parte dextera in ſituatione Iouis, vt in fig. 207. ſtamen vitæ ab inimicis incidetur.

FIGVRA CCVIII.



Vna linea in ſituatione Veneris cum vaco ex parte dextera, vt in figura 208. vano aduertit natum, ab inimicis ſe caueat.

FIGVRA CCIX.



Homo, vel fœmina, quæ vnā lineam longam in ſituatione Solis, quæ circundat ex parte dextera, vt in figura 209. necabitur à ſuo ſeuiro, quæ linea ſe intrinſecat ex ipſa parte dextera cum ramuſculo.

Fi-

## FIGVRA CCX.



Homo, vel fœmina habens vnam lineam tortuoſam, & confuſam in ſituatione Veneris, vt in figura 210. cauſa mulierum vitam perdet.

## FIGVRA CCXI.



Homo, vel fęmina habens vnam lineam obliquam in ſituatione Martis, quæ aſcendat vſq; ad ſituationem Iouis, & deſcendat in illam Solis, vt in fig. 211 conſanguineorum opera mortali falce ſecabitur.

## FIGVRA CCXII.



Habens vnam lineam in ſituatione Martis, quæ ſe intrinſecat ex parte dextera, ſicut crux cum parte ſiniſtra, vt in figura 212. ſua morte inimicos exaturabit.

## FIGVRA CCXIII.



Habens vnam lineam ſicut 7 ex parte ſiniſtra in ſituatione Lunæ, vt in fig. 213. ſuæ vitæ ſupplicio paſcet oculos inimicorum.

## FIGVRA CCXIV.



Qui habebit duas lineas angulares in medio frontis in ſituatione Veneris, quę deſcendant vſq; ad ſituationem Mercurij, vt in fig. 214. manibus inimicorum expirabit.

## FIGVRA CCXV.



Habẽs tres lineas, vnam rectam in ſituatione Solis, vnam perpendicularem ex parte dextera in ſituatione Mercurij, quæ deſcendat in illam Lunæ, & tertiam ſicut character ex parte ſiniſtra in ſituatione Lunæ, vt in fig. 215. per manus ſuorum inimicorum ex animatus videbitur.

## FIGVRA CCXVI.



Habens vnam lineam tortuoſam deformam in ſituatione Martis, vt in figur. 216. à ſuis inimicis exanimis reddetur.

## FIGVRA CCXVII.



Habens vnam lineam vndatam, & obliquam ex parte dextera in ſituatione Veneris, quæ aſcendit vſq; ad ſituationem Martis, vt in fig. 217. a ſuis inimicis exanimalis fiet.

## FIGVRA CCXVIII.



Habens vnam lineam obliquam ex parte dextera in ſituatione Iouis, ſecundam cum S, in ipſa ſituatione, tertiam rectam in ſituatione Martis, & vltimam intrinſecatam in ſituatione Solis, vt in fig. 218. inimicorum conſilio erit exanguis.

## FIGVRA CCXIX.



Habentis lineam cruciatam ex parte ſiniſtra in ſituatione Veneris, vt in figur. 219. inimici animam effipient.

## FIGVRA CCXX.



Habens duas lineas vnam in ſituatione Iouis, cum ſemicirculo in medio, & alteram tortuoſam in ſituatione Martis, vt in fig. 220 à ſuis inimicis exhæres vitæ ſuæ fiet.

## FIGVRA CCXXI.



Qui habebit vnam lineam breuem ex parte dextera in ſituatione Iouis, vt in fig. 221. opera ſuorum inimicorum ſpiritu carebit.

FIGVRA CCXXII.



Habens vnam lineam cruciatam, & vt ſui ramuſculi ſint aliquãtulum tortuoſi in ſituatione Solis, vt in fig. 222. mors inimicorum opera pallore vultum pinget.

## De Octaua Domo.
## Cap. VIII.

DOmum Martis vocant Aſtrologi octauam, & ex ea indicia ſumpſere, ſi ex natura, an ex accidenti, horribilis an portentoſa eueniat, de eius generibus nunc tractabimus.